Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25938
Copyright: Admont, Benediktinerstift



ex

moysi qui eduxit nos de terra egypti ne
scimus quid acciderit. Cui ego dixi. Qui
habet aurum. Tulerunt et dederunt
mihi. et proiecit illud in ignem. egressusq;
est iuuenculus. Videns ergo moyses plebem
quod esset nudatus. spoliauerat enim eum
aaron propter ignominiam sordis inter
hostes nudum constituerat et stans
in porta castrorum ait. Si quis est domini
iungatur mihi. Congregatiq; sunt
ad eum omnes filii leui. Cui ait
Hec dicit dominus deus israel. Ponat unus
gladium super femur suum. Ire et re
dire de porta usq; ad portam per medium
castrorum et occidat unusquisq; fratrem
et amicum et proximum suum. fecerunt
q; filii leui iuxta sermonem moysi ce
ciderunt q; in die illo quasi viginti tri
milia hominum. Et ait moyses. Con
secrastis manus uestras hodie domino.
unusquisq; in filio et fratre suo. ut det
uobis benedictionem. facto autem die al
tero locutus est moyses ad plebem. Pec
casti peccatum maximum. Ascendam
ad dominum. si quomodo eum quiuo
depecari pro scelere uestro. Reuersusq; mo
yses ad dominum ait. Obsecro domine
peccauit plebs iste peccatum maximum
fecitq; sibi deos aureos. Aut dimit
te eis hanc noxam. aut si non facis
dele me de libro tuo quem scripsisti.
Cui respondit dominus. Cui peccaue
rit mihi delebo eum de libro meo. tu
autem uade et duc populum istum quo
locutus sum tibi. angelus meus praeue
ret te. Ego autem in die ultionis uisita
bo et hoc peccatum eorum. Percussit ergo do
minus populum pro eo quod fe
cerat aaron. XXXIII

Locutusq; est dominus ad mo
ysen dicens. Vade ascende de
loco isto tu et populus tuus quem eduxisti
de terra egypti in terram quam iura
ui abraham. ysaac et iacob dicens. Se
mini tuo dabo eam. et mittam praecur
sorem tui angelum ut eiciat chanane
um. et amorreum. et hetheum et ferezeum
et heueum. et iebuseum. et introes in terram
fluentem lacte et melle. Non enim a
scendam tecum. quia populus durae cer
uicis est. ne forte disperdam te in uia.
Audiens autem populus sermonem hu
iusmodi luxit et nullus ex more
suo induitus est cultu. Dixitquoq;
dominus ad moysen. Loquere filiis
israel. Populus durae ceruicis es. semel ascen
dam in medio tui. et delebo te. Iam nu
de pone ornatum tuum. ut sciam quid
faciam tibi. Depositum ergo filii israel
ornatum suum a monte oreb. Moy
ses quoq; tollens tabernaculum. tetendit
extra castra procul. Vocauitq; nomen
foederis tabernaculum omnis populus qui
habebat aliquam quaestionem egredi
ebatur ad tabernaculum foederis extra
castra. Cumq; egrederetur moyses
ad tabernaculum surgebat universus
plebs. et stabat unusquisq; in ostio
papilionis sui. aspiciebantq; tergum
moysi donec ingrederetur tentorium.
Ingresso autem illo tabernaculum fo
deris descendebat columpna nubis
et stabat ad ostium tabernaculi. Loq
batur q; cum moyse cernentibus. unum
sis quod columpna nubis staret ad osti
um tabernaculi. stabantq; uniuersi ado
rabant pro foribus tabernaculorum suorum.
Loquebatur autem dominus ad moy
sen facie ad faciem. sicut loqui solet
homo ad amicum suum. Cumq; ille
reuerteretur in castra. minister eius io
sue filius nun puer non recedebat